



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

12. An possit quis i materia levi vovere sub pbligatione lethali? Et quid est dicendum, si Confessarius pro mortalibus imponat levem poenitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare? Et adducitur, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

taliter, & reddit rationem, quia vna materia cum alia non obligatur, secus verò si promississet recitare Officium diuinum integrè, & in prima omittentes Pfalium, in Tertia, & sic in singulis Horis, quia omnes illae Horae vnum Officium diuinum constituunt, & omnes illae omissiones in vnum adunantur. An in supra dicto casu illa vota non vniuntur in aliquo tertio, sed quodlibet ex illis est, separatim & distinctum, ergo violatio vnius non potest argere violationem alterius. Neque obstat illa vota vni in virtute Religionis, nam etiam si omisisses Dominicis singulis Dominicam orationem recitare, & multis diebus omitteres, non peccares, quia est omnes illae recitationes aduersus Religionis virtutem sunt, quia tamen inter se non vniuntur, ideo grauius virtus Religionis non laeditur, sed omnia illa vota etsi sint vno die implenda, non tamen vniuntur inter se, sed ita distincta sunt ac si quodlibet illorum quolibet distincto die praestandum esset, quod exinde probatur, quia quodlibet votum in speciale reuerentiam & honorem alicuius Sancti, vel mysterij diuini factum est, in quo aliud votum non conuenit, ergo sunt inter se omnino disparata, ergo non peccas mortaliter, esto omnia illa omittas. & haec omnia docet Castrus Palus 1.1. r. 2. punct. 9 § 4. n. 11. Vnde, vt dixi, vtramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. XII.

*pro prima* An possit quis in materia leui uouere sub obligatione lethali?  
*diffic. huius tituli, & doctrina eius in ref. seq. §. 2. ante medium, vers. Notandum.*  
 §. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Fagundez praec. 2. lib. 3. cap. 3. num. 15. vbi sic ait. Sed quid si Confessarius pro mortalibus imponat leuem penitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare?  
 Et adducitur, quod quantumcumque velit legislator ad mortale obligare si materia sit exigua, attentis circumstantiis, non obligabit ad mortale? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 50.

*Sup. hac diff. & penitentia in ro. 1. r. 6. ref. 6.*  
 §. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Fagundez praec. 2. lib. 3. cap. 3. num. 15. vbi sic ait. Sed quid si Confessarius pro mortalibus imponat leuem penitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare? Respondeo in primis id nunquam esse de eo praesumendum, nisi forte id exprimat, ac intimet penitentem; si tamen id intimet existimo sub mortali obligare, quia iam huiusmodi praeciptum non habebit vim obligandi ex quantitate, & grauitate penitentiae iniunctae, sed ex intentione iudicis illud imponentis; sic qui uouit votum de re minima, aut iuramentum promissorium efficit de eadem re minima, non obligatur ad illius implementationem sub mortali, nisi fit ex speciali intentione sub mortali uoluerit obligare, totum enim id negotium pendet ex voluntate & intentione uouentis, & sicut actus humani intentionem agentium effugere non possunt, sic nec illam egredi. Ita ille.  
 §. 2. Sed contrariam sententiam ego teneo, nam, vt docet Reginaldus 1.1. lib. 15. c. 6. n. 42. Sanchez in sum. 1.1. lib. 1. c. 4. n. 4. ex multis quantumcumque velit legislator ad mortale obligare, si materia sit exigua, attentis circumstantiis non obligabit ad mortale; & hoc est verum, siue materia leuis sit totalis materia legis, siue partialis, nam est eadem proportio, & ratio sicut in lege naturali idem reperitur, etenim lex non mentiendi, vt dixi, per se obligat tantum sub veniali, & eodem modo obligat lex non furandi in materia leui, licet in priori lege materia leuis totalis sit, in posteriori autè partialis, & solum est differentia, quòd in priori lege obligatio est per se ex genere legis, in posteriori verò solum ex accidenti, & in tali individuo; ergo idem cum proportione in lege humana obseruandum est. Et fortasse auctores relati pro prima sententia contrarium non

*Sup. hoc in ref. seq. §. 2. ad medium, vers. sicut illi, & in to. 7. r. 1. ref. 11. §. No. etiam in principio, & ne deferas legere ref. §. 8. not. 1. dicti §.*

senferunt, cum enim dicunt intentionem Legislatoris sufficere, intelligendi sunt de intentione rationabili iusta, nam illa erit commensurata materiae, & ideo si fuerit de obligatione sub mortali, supponet materiam capacem talis obligationis. Sicut communiter Doctores intelligunt dictum illud 1. 1. ff. de const. Prae. Quod Principi placuit, legis habet vigorem, utique de placito rationabili & iusto. Hoc supposito sic arguuntur. Legislator in materia leui non potest obligare ad mortale, sed votum obligat ad instar legis, vt docet Caietanus in 2. 2. q. 88. art. 3. Sotus de inst. lib. 7. quest. 2. art. 1. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 11. n. 31. Valentia tom. 2. disp. 6. quest. 6. punct. 4. & alij. Ergo neque uouens in materia leui potest se obligare ad mortale. Et ideo hanc sententiam docet in terminis Ioannes Sancius in selectis disp. 15. n. 15. Valquez in part. 2. tom. 2. disp. 158. c. 4. n. 34. Sotus de inst. lib. 7. q. 2. art. 1. Ledesma in sum. tom. 2. r. 10. c. 3. dub. 2. Et ego ipse cum Sanchez Societatis Iesu in 3. part. r. 5. ref. 24.

RESOL. XIII.

*An si quis uouerit se quotidie recitare B. Virginis Pater noster, & Aue Maria, uel vnum Salue, & per annum, & g. non recitet, peccet mortaliter?*  
 Et notatur, quod in tali casu uouens istam materiam paruam, non potest se obligare sub mortali in recitatione dictae materiae leuis.  
 Etiamque aduertitur, quod doctrina praedicta questionis non ualet in casu, quod uouisti singulis dare paruam elemosynam, quia pluries omittendo istam paruam elemosynam, si deuenisti ad materiam grauem, tenetur ad restitutionem.  
 Etiamque inferitur, an praeciptum Praelati in re leui, & in ordine ad bonam gubernationem obliget sub solo peccato veniali, nam esse intolerabile, si posset Praelatus in omni materia, etiam leuissima obligare sub peccato mortali? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 24.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Zemel in part. 2. quest. 1. 88. art. 4. dub. penult. Sayrus in Clauis Regiae lib. 2. c. vlt. n. 21. Valentia tom. 3. disp. 6. quest. 6. punct. 4. Malderus in 2. 2. r. 10. c. 5. dub. 4. quest. 1. in fine, & Tannerus in 2. 2. disp. 5. dub. 3. num. 38. est enim haec vna quaedam vnius voti materia, & quae grandis.  
 §. 2. Sed contrariam sententiam esse probabilem docet idem Tannerus, & illam tenet Sotus de inst. lib. 7. quest. 2. art. 1. Aragon. in 2. 2. quest. 88. art. 3. Ioannes de la Cruz in direct. part. 1. praec. 2. art. 2. dub. 4. concl. 1. & nouissime Villalobos in summa, tom. 2. r. 10. §. 1. diff. 3. n. 3. vbi sic ait. Se inferre, que el que dexo de rezar todo el año vna Aue Maria, que haia prometido de rezar cada dia, no llego à pecar mortalmente, porque muchos pecados veniales, no hazen vn mortal. Igitur illae paruae materiae non possunt coalescere in vnum, & efficere notabilem quantitatem materiae magis. Notandum est etiam, quòd in tali casu uouens materiam istam paruam, non potest se obligare sub mortali in recitatione dictae materiae leuis. Sic Villalobos obiit supra, cui addit Sanchez in summa, 10. 1. lib. 4. r. 12. n. 6. & alios penes ipsum, sicuti legislator non potest se obligare sub mortali in materia leui. Et ita docet Ioannes de la Cruz vbi supra, vnde inferit praeciptum Praelati in re leui, & in ordine ad bonam gubernationem obligare sub solo peccato veniali. nam esse intolerabile, si posset Praelatus in omni materia, etiam leuissima, obligare sub peccato mortali. Ita ille, quod teneat non procedere in casu quo uouisti singulis dare paruam elemosynam, nam si pluries omittendo istam